Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nouember

inquem precipitaret productus est sed
orante eo venit repente imber in
cendens et extinxit post hec iussit
ei linguam abscindi Cuius ore cum
nec xpm clarissima laudaret
reclusus in carcere ad extremum
laqueo strangulatus est sicque suum
martirium impleuit ad xpm Item
in eadem urbe nat. s. Eusebii
qui sub prefato imperatore cum cet
milites et precepta audisset ut quisquis
non sacrificaret ydolis cingulum
solueret ob hanc causam imperator
cilicio indutum primo eum [illegible]
dedit deinde ligatis in dextra eius
saxo ingenti in flumine precipitari iussit
Octaue sci Martini
a Rome via appia nat. s. Maximi presbyteri 323
et martiris qui persecucione maximiani passus
sepultus est ad sanctum Sixtum. Gelasii pape
qui sedit in episcopatu annos iiii^or hic
recs reuocauit misenum episcopum quem fe
lix antecessor eius dampnauerat. et
communionem ecclesie sue restituit hic li
bros aduersus eutichen et nestorium
composuit. Vienne sanctorum martirum Se
uerini exuperii et feliciani. Item
s. Fausti diaconi cui tantam contulit
deus graciam ut nullus ad se eos qui af
fligebantur accedere presumpsisset
isti vna cum collega suo Eusebio in